

IOANNES HOFFMEISTERVS THEOLOGVS.



Ioannes ille felici ingenio præditus, à pueris ope
ram literis dedit, & ut id commodius ficeret, Au
gustinianorum ordinem suscepit. In primis uero
Theologiae incubuit, & in ea adeò profecit, ut Ca
tholicam religionem defendere, atq; contrariū sen
tientes confutare auderet. Hinc factum cum 1546 in
Ratisbonensibus comitijs doctorum virorum col
loquium institueretur, qui de controversis articulis
disputarent, ut Cæsar hunc Ioannem, cum Maluen
da Hispano, & Billickio interlocutores constitue
rit, qui cum Bucero & socijs cōferrent. quod etiam
gnauiter paulo antè bellum Smalkaldicum præsti
tit. Scripsit is etiam in Dominicalia Euangelia per
totum annum, item de sanctis sermones. præterea locos communes Theolo
gicos, Ingolstadij 1551 editos. Hoc modo contigit, ut Hoffmeisterus ob
raram eruditionem apud suos in magna existimatione fuerit, Con
Gessl. in Biblioth.